Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.



℣. Di-ri-ga- tur, Do-mi-ne, o-ra-ti- o me-a.
℞. Sicut incensum in conspectu tu- o.



L'Antienne de Magnificat *est toujours propre.*

Cantique de la Ste. Vierge. St. Luc. 1.

MAgníficat * ánima mea Dóminum.

Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respexit humilitátem ancillæ suæ; * eccè enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo, * dispersit superbos mente cordis sui.

Depósuit potentes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esurientes implévit bonis, * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri, &c.

Oraison propre.